

foventur, humana minus indigent. Lib. 4, *diet. memor.*, cap. 7.

Vide etiam tit. *Libera arbitrium*, Sent. 82, 83, 96, 147, 153; *Tentatio*, sent. 125; *Tribulatio*, sent. 106; *Victoria in genere*, sent. 62.

AUXILIUM HUMANUM.

Vide Adjuvare.

AVARITIA.

S. AUGUSTIN. *Etymologia.* Avaritia, græcè εὐαργυρία non in solo argento, vel in nummis, sed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est. Lib. 3, *de Lib. arbit.*, cap. 17.

S. PREGORUS HISPALENS. Avarus ex eo dicitur quod sit avidus auri, et nunquam opibus expleatur; et quantum plus habuerit, tantum plus cupiat. Lib. 10, *Etymol.*, verbo *Avarus*.

Avidus dicitur est ab avendo, avere enim cupere est, hinc et avarus. *Prosec.*

Nam quid est avarum esse, nisi progredi ultra quam sufficit? *Ibid.* verbo *Avidus*.

S. ANSELM. *Definitio et Descriptio.* Avaritia est pestis animi quæ nunquam aliud dicit, nisi, Accipe. Sup. *Ep. ad Ephes.* cap. 5.

S. ANTONIN. Avaritia est immoderatus amor habendi; et hæc immoderantia potest esse tripliciter: primo in affectione, secundo in retentione, tertio in effectione. Part. 2, tit. 1, cap. 4.

S. AUGUSTIN. Avaritia cupiditas est, cupiditas porro improba voluntas est; improba voluntas malorum omnium causa est. Lib. 3, *de Lib. arbit.*, cap. 17.

Avaritia est vitium, id est qualitas, secundum quam malus est animus. *De Perfect. Justitiæ*, ratione. 4.

Avaritia est funesta pestis, virus Ecclesie, mater hypocrisis, livoris parens, criminis fomes, virtutum ergo, linea largiatis. *Serm. 2. Dom. 1, Quadrag.*

S. BERNARD. Quid est avarus? sui homicida. Quid est avaritia? paupertatis timor, semper in paupertate vivens. *Epi. de Cura et regimine rei familiaris.*

CLOSS. ORDIN. Avarus est qui tenax est in largiendo, cupidus in accipiendo. *Sup. Ep. ad Hebr.* cap. 13.

S. GREGORIUS MAGN. Avaritia est appetitus non solum pecunie, sed etiam altitudinis, cum supra modum sublimitas ambitur. *Homil. 16, sup. Evangel.*

Avaritia est gloriæ divitiarum, seu quarumlibet aliarum rerum, insatiabilis et inhonesta cupiditas. *De fructib. carnis et spirit.* cap. 8.

S. JOANNES CLIMAC. Avaritia est idolorum veneratio, infidelitatis filia, senectutis vates. *Gradu. 16.*

JOAN. GERS. Avaritia est vitium, quo quis appetit acquirere, vel retinere contra rectam rationem. Part. 4, in *Descript. terminorum*, cap. *Temperantia*.

Avaritia est injustus usus pecunie. *Sup. Ep. ad Ephes.* cap. 5.

Avaritia est peccatum, quo quis supra debitum modum cupit acquirere, vel retinere divitias. *Secunda secundæ quest. 118.*

Avaritia est artifex, ac dulce malum, et hominibus universis semper infestum. *Prosec.*

Non habentibus divitias, habendi iniecit cupiditatem, habentibus admittit satietatem.

Ita omnes in rabiem una tempestate precipitatur, ut ubinam sit major, ignoret.

Hanc mediocres, fraudibus excolunt: divites, potentia; judices, gratia; deserti, mercenaria ac duplici lingua.

Reges, superbia; negotiatores, astutia; inani pauperes, voto; cultores Dei, odio simulato; totæ autem gentes universaque nationes, gladio.

Nunquam quieta, non die, non nocte, non bello, non pace.

Nunquam satur, lucrorum enormitate miserior; novum calamitatis est genus, quod tantummodo crescit, senescere nescit.

Non illam parentum pietas frangit, non dulcedo liberorum, non conjugalis affectus, non chæra germanitas, non jus amicitie, non tenet pupillus, non dura viduitas, non miseranda paupertas, non Dei contemplatio. *Serm. 2, de Avaritia.*

Avaritia est libido profunda; cupiditas cæca; tempestas insana; rapacitas sine fine; sollicitudo sine requie; ad sua nunquam perveniens vota. *Ibid.* *serm. 3.*

Avaritia satiari non novit; fidem frangit; charitatem negligit; justitiam negat; non cognoscit affectus; jura divina contemnit; humana verusis argumentis excludit, orbem totum, si possit, ut rapiat.

Avaritiæ astus est commune malum; sitis inextinguibilis; infidelitatis filia, mater impietatis; idolorum servitus; radix criminum. *Part. 2, de Regim. prælat.* cap. 8.

Avaritia est injuriosa appetitio alienorum. *Lib. 4, de Arte rhetorica.*

Avaritia latentium est indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ avidissima vorago, nec habendi fructu felix, et cupiditate querendi miserima. *Lib. 9, Diet. memorab.*, cap. 4.

Comparatio. Avarus similis est calamo, qui a vento cupiditatis circumcirca agitatur, et in exterioribus gloriatur, in interioribus gratia privatur. *Serm. Dom. 3. Quadrag.*

Avaritia est quasi amphora, cuius os non clauditur, sed semper est apertum in ambitu temporalium. *Ibid.*

Avarus recte comparatur hydropico; sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato,

S. THOMAS AQUINAS.

S. ZENO.

BONAVENT.

Avaritia comparatur morti et inferno; quia nunquam satiabitur illa occidendo, et ille deglutendo. *Tit. 1, Dietæ*, cap. 6.

Avarus admodum talpæ est niger per nequitiam, cæcus per ignorantiam. *Ibid.*

S. GREGOR. MAGN.

Hydropicus quo amplius hiberit, eo amplius silit; sic et omnis avarus, ex potu sitim multiplicat; quia cum ea quæ appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. *Lib. 14, Moral.*, cap. 6.

Avaritia velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. *Ibid.*, cap. 26.

S. INNOCENT. III.

Avarus et infernus uterque comedit, et non digerit; recipit, et non reddit. *Lib. 2, de Contempl. mundi*, cap. 11.

Recte definit Apostolus; Avaritia est servitus idolorum; sicut enim idololatra servit simulacro, sic et avarus thesauro. *Prosec.*

Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, et iste cumulum pecunie libenter augmentat.

Ille cum omni diligentia colit simulacrum, et iste cum omni cura custodit thesaurum.

Ille spem ponit in idololatria, et iste spem constituit in pecunia.

Ille timet mutilare simulacrum, et iste timet minuire thesaurum. *Ibid.*, cap. 12.

S. JOANNES ERIYSGOSTON.

Avaritia, insatiabilis est ebrietas; sicut enim ebrii quanto plus vini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur; sic avari quanto magis suas opes augeri vident, tanto et concupiscentia magis flagrant. *Hom. 22, sup. Genes.*

S. THEOPHIL. ALEX.

Imitatur infernum avaritia, nec satiari potest; sed quicquid habuerit, plus requiret; minus putat ab eo quod cupit, omne quod possidet. *Epist. Paschal. 3.*

S. ZENO.

Avaritia est similis igni, aride pabula depascenti, quæ nisi finiant, non finitur. *Serm. 2, de Avarit.*

SENECA.

Monstro similis est avaritia senilis; quid enim stultius est, quod dici solet, quam via deficiente viaticum augere. *De Moribus.*

S. AUGUSTIN.

Productio. Radix omnium malorum avaritia est, et servitus idololatriæ, mater usuræ, genitrix simoniae, fomes culpæ, æternæ pœnæ via, nutritrix gehennæ. *Sem. 48, ad Fratres in eremo.*

S. BERNARD.

Avaritia et cupiditas sorores sunt, superbia

tanto amplius silit: sic iste quanto est copiosior divitiis, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit. *Lib. 2, quest. Evang. quest. 29.*

Avarus vir inferno est similis; infernus enim quantoscunque devoraverit, nunquam dicit satis est; sic etsi omnes thesauri confluerint in avarum, nunquam satiabitur. *De salutar. Document.* cap. 30.

Avaritia comparatur morti et inferno; quia nunquam satiabitur illa occidendo, et ille deglutendo. *Tit. 1, Dietæ*, cap. 6.

Avarus admodum talpæ est niger per nequitiam, cæcus per ignorantiam. *Ibid.*

Hydropicus quo amplius hiberit, eo amplius silit; sic et omnis avarus, ex potu sitim multiplicat; quia cum ea quæ appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. *Lib. 14, Moral.*, cap. 6.

Avaritia velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. *Ibid.*, cap. 26.

Avarus et infernus uterque comedit, et non digerit; recipit, et non reddit. *Lib. 2, de Contempl. mundi*, cap. 11.

Recte definit Apostolus; Avaritia est servitus idolorum; sicut enim idololatra servit simulacro, sic et avarus thesauro. *Prosec.*

Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, et iste cumulum pecunie libenter augmentat.

Ille cum omni diligentia colit simulacrum, et iste cum omni cura custodit thesaurum.

Ille spem ponit in idololatria, et iste spem constituit in pecunia.

Ille timet mutilare simulacrum, et iste timet minuire thesaurum. *Ibid.*, cap. 12.

S. JOANNES ERIYSGOSTON.

Avaritia, insatiabilis est ebrietas; sicut enim ebrii quanto plus vini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur; sic avari quanto magis suas opes augeri vident, tanto et concupiscentia magis flagrant. *Hom. 22, sup. Genes.*

S. THEOPHIL. ALEX.

Imitatur infernum avaritia, nec satiari potest; sed quicquid habuerit, plus requiret; minus putat ab eo quod cupit, omne quod possidet. *Epist. Paschal. 3.*

S. ZENO.

Avaritia est similis igni, aride pabula depascenti, quæ nisi finiant, non finitur. *Serm. 2, de Avarit.*

SENECA.

Monstro similis est avaritia senilis; quid enim stultius est, quod dici solet, quam via deficiente viaticum augere. *De Moribus.*

S. AUGUSTIN.

Productio. Radix omnium malorum avaritia est, et servitus idololatriæ, mater usuræ, genitrix simoniae, fomes culpæ, æternæ pœnæ via, nutritrix gehennæ. *Sem. 48, ad Fratres in eremo.*

S. BERNARD.

Avaritia et cupiditas sorores sunt, superbia

vero mater est carum; nunquam superbia fuit sine cupiditate, nec cupiditas sine avaritia. *Serm. 44, de Avarit. ad Sororem.*

De avaritia nascuntur dolus, perjurium, insensibilis quietudo, violentia, et duritia cordis. *In speculo Ecclesie*, cap. 8.

De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, et contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. *Lib. 31, Moral.*, cap. 17.

Avaritiæ comites sunt, phylargyria, perjuria, violentia, usura, fraus, rapina et fallacia. *De fruct. carnis et spirit.*, cap. 8.

Avaritia est lepra, quæ quinque ulcera facit, scilicet invidiam, rixam, superbiam, luxuriam, et iram Dei. *Sup. Luc.*, cap. 17.

Radix omnium malorum est avaritia; et arx malorum, et colophon peccatorum, est rabiens illa colligendarum divitiarum. *Hom. 20, in Genes.*

Quatuor sunt, quæ ex avaritia procedunt: rapina, perjuria, fraudes, homicidia. *Opusc. de vitis et virt.*

Quatuor sunt, quæ avaritiam inducunt scilicet: penurie formido, senectutis oppressio, alieni invidia, filiorum copia. *Ibid.*

Quatuor sunt, quæ avaritiam minuunt; scilicet: divitiarum copia, salubris juvenus, cum largis conversatio, prolis defectus. *Ibid.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Jam se immersit avaritia, veluti quedam bonorum ariditas officiorum; ut homines damnatum putent, quicquid præter morem impenditur. *Lib. 2, Offic.*, cap. 21.

2. Mens avari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt, semper computat. *Prosec.*

3. Gratius aurum intuetur, quam solem videt; ipsa ejus oratio, et supplicatio ad Dominum, aurum querit, et vellet ut omnia ei aurum converterentur.

4. Denique quod potest, frumentum in aurum mutat, lana ei aurum efficitur; omnes fructus ejus, omne negotium, omne quod movetur, in aurum vertitur. *Serm. 81.*

5. Avaritia nullum unquam patitur fastidium; sed quanto plus invenerit, tanto amplius querit. *Ibid.*

6. Avaritia quo plura abstulerit, eo magis inopem esse se credit; omnibus invidia, sibi villis, in summis divitiis inops, et affectu extenuat quod censu abundat. *Lib. 1, de Cain et Abel*, cap. 5.

7. Servus est omnis avarus, qui pro exiguo pecunie lucllo seipsum auctionatur. *Prosec.*

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO CARD. MAGN.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROSIUS.

8. Timet enim ne congesta amittat, qui non utenda congesti, majore periculo serviturus, quo majora quæsit.
9. Quomodo non mendicis, cui sunt parva que possidet? nam etsi mihi dives videatur, nec testimoniis sua vota solatur, qui quod optat, nescit credere. *De Joseph*, cap. 4.
10. Inflammatur lucro avaritia, non restinguit. *De Nabulhe*, cap. 2.
11. Affectus dives egero non novit; cæcus vero abundans nequit avari pectus implere. *Ibid.*
12. Nescit avarus bona, nisi ea que quæstiosa sunt nominare. *Ibid.*, cap. 7.
13. Ipsi avaritiæ rapina est subdita; et tolerabilius est propria profundere, quam aliena diripere. *Sup. Psalm. cxviii*, serm. 46, vers. 8.
14. Omnes avari Glez lepram cum divitiis suis possident, et male quæsit mercede, non tam patrimonium facultatum, quam thesaurum criminum congregarunt æterno supplicio et brevi fabric. *Lib. 4, sup. Luc*, cap. 4, in illud; *Multi leprosi erant.*
15. Cætera vitia homine inveterascente senescunt, sola avaritia juvenescit. *Part. 2, tit. 1, cap. 1, § 2.*
16. Avarus quanto amplius lucratur, tanto magis desiderat lucrari. *Part. 2, tit. 1, cap. 2.*
17. Finis avari, est augmentatio pecunie. *Ibid.*
18. Triplex cæcitas est avari: Prima damnationis; secunda, derelictionis; tertia, habitationis. *Ibid.*
19. Miserabilis est avari servitus, et infelicitas, ut faciat se servum divitiarum ad congregandum, unde efficitur servus diaboli ad cruciandum. *Ibid.*
20. Sex pravitates reperimtur in avaritia. Prima est angustia cordis; secunda opprobrium vitæ; tertia, illaqueatio diaboli; quarta, certitudo damnationis; quinta, impenitens malum; sexta, horribilitas mortis. *Ibid.*
21. Quanto homo senescit, tanto difficilius ab avaritia se solvit. *Ibid.*, cap. 3.
22. Non aliter satiatur cor hominis auro, quam corpus hominis auro. *Serm. Dom. 6, post Pascha.*
23. Avarus est pauper, quia non pecunia, sed ipsi pecunia imperat; non possessor est, sed possessus; quia cum multa habent, parum se credit habere. *Serm. Dominica secunda post Trinit.*
24. Plus velle quam sat est, avarorum est. *Lib. 3, de Lib. Arb.*, cap. 17.
25. Avaritiæ morbus nunquam melius compescitur, nisi cum dies mortis sine fine meditatur. *De conflictu vitior. et virt.*, cap. 16.
26. Avarus conscientia vincit in scelere. *In decretis Gratiani*, part. 2, causa 6, quæst. 4, can. Quæro.
27. Avarus luxuriosusque secundis rebus, populus effectus est. *Lib. 1, de Civit. Dei*, cap. 31.
28. Quid expectas, o avarus, amplectens onus tuum, et facinram sub humeros tuos? quid expectas? quid laboras? quid inhias? quid concupiscis? nempe saltare avaritiam? ô vota inania, et facta nequissima! *Prosec.*
29. Expectas ergo satiari avaritiam? illa te potest premere, tu illam non potes satiari.
30. An forte non est gravis avaritia? quare ergo te de somno excitat, et dormire etiam non sinit?
31. Et fortasse habes cum illa alterum onus pigritiæ, et ista duo nequissima onera, secumque pugnancia, premunt te, et dilaniant te.
32. Pigritia dicit, Dormi; avaritia dicit, Surge; pigritia dicit, Noli pati frigidus dies; avaritia dicit, Tolerare in mari etiam tempestates.
33. Pigritia dicit, Quiesce; avaritia non sinit quiescere. *Serm. 22, de Verb. Apost.*
34. Avaritia noværa dicitur esse, et summe inimica justitiæ. *Serm. 33, ad Frat. in eremo.*
35. Quæ avaritia sanari potest, si pauperale filii Dei non sanatur? *De Agone christiano*, cap. 41.
36. Non auri vitium est avaritia, sed hominis perverse amantis aurum justitia derelicta, que incomparabiliter auro debet anteponi. *Lib. 14, de Civit. Dei*, cap. 11.
37. In homine interiore, animus res est, rapina actus est, avaritia vitium est. *De perfect. Insti.*, resp. 4.
38. Unde avari sunt cæci: quod habet, non habet, et tamen avarus est cæcus: quare? quia credit se habere, avarus est. *Prosec.*
39. Fides eum facit divitem, credendo dives est, non videndo.
40. Amas pecuniam, o cæce, quam nunquam videbis, cæcus possides, cæcus moriturus es; quod possides, hic relicturus es. *De Discipl. christiana*, cap. 1.
41. Inexplebilis est sola avaritia divitum, semperque rapit, et nunquam satiatur: nec Deum timet, nec hominem reveretur. *Pros.*
42. Non patri pareit, non matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat.
43. Viduum opprimat, pupilli rem invadit, liberos in servitium revocat, testamentum falsum profert. *Ser. 25, de Verb. Domini.*
44. Quæ est ista animarum insania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, et perdere eorum? *Ibid.*
45. Non solum avarus est, qui rapit aliena; sed ille etiam avarus est, qui cupide servat sua. *Serm. 1, Dom. 1, post Trinit.*

S. ANTONIN.

DE PADUA.

S. AUGUSTIN.

40. Avaritia terretur, qui avarus rapit, ac timet pomam, et æstuat in rapinam. *Serm. 6, de Sanctis Martyr.*
47. Avaritia summa inimica est justitiæ, patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, et seipsam relinquit. *Serm. 33, ad Frat. in eremo.*
48. Avaritia, diaboli laqueus est. *Ibid.*, serm. 48.
49. Avaritia est abyssus insatiabilis, que nunquam dicit, sufficit; semper famescit, semper dolet, semper tristatur in cunctis. *Ibid.*, serm. 48.
50. O pestis interminabilis, o famelica rabies! nam omnia suis terminis clauduntur, sola avaritia nullo clauditur fine. *Prosec.*
51. O rabies omni fine carens! terra suis limitibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aer suo fine concluditur, cælum suis terminis arcatur, sola avaritia terminum nescit. *Ibid.*
52. Avarus propinquus est odiosus, famulis gravis, amicis inutilis, exteris difficilis, et vix affabilis, vicinis molestus. *Hom. adversus avarit.*
53. Avaritia mater est inæqualitatis, immisericos, inhumana, crudelis. *Ibid.*
54. Singula que augescunt, ubi ad justam et sibi propriam magnitudinem pervenerint, augescere desinunt: verum avarorum argenti, simul cum omni tempore adaugetur. *Conc. 4, sup. Psalm. xiv.*
55. Avaritia species pessima est, neque ea que corrumpuntur, egenis impertiri. *Conc. 7, de Avarit.*
56. Avarus proprie causa est miseriæ, ingereus sibi solum avaritiæ. In suis *Proverb.* verbo *Avarus.*
57. Avarus nihil recte facit, nisi quod moritur. *Ibid.*
58. Avaritia desideratis opibus non extinguitur, sed augetur. *Ibid.* verbo *Avaritia.*
59. Quis dives? qui nihil cupit: et quis pauper? avarus. *Ibid.* verbo *Quis.*
60. Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clavos, lanceam, crucem et mortem; hæc omnia in fornace avaritiæ conflant, et profligant in acquisitionem turpis quæstus, et pretium universalitatis in suis marsupii includere festinant avari. *Serm. 10, sup. Cantica.*
61. Avari divitiis insatiabili desiderio inhiant; pro his, ne amittant, timent; et cum amittunt, dolent. *Ibid.*
62. Avarus terrena esurit, ut mendicis; fidelis contemnit, ut dominis; ille possidendo mendicat; iste contemnendo servat. *Ibid.*, serm. 21.
63. Avaritia rotis vehitur quatuor vitiorum, que sunt pusillanimitas, inhumanitas, contem-
- ptus Dei, mortis oblitio; porro jumenta trahentia, tenacitas et rapacitas; et his unus auriga ambobus presidet, habendi ardor. *Ibid.*, serm. 39.
64. Tunc male judicis contra gulam, quando avaritia ligat bursam. *Epist. de Cura et regim. rei familiaris.*
65. Avaritia semper odiosos, claros largitas facit. *Lib. 2, de Consol. Philos.* Prosa 5.
66. Avaritia, avaro nociva est. *Serm. 3, Dom. 3, s. BONAVENT post Epiphani.*
67. Miseri avari sunt, sicut canes bolissimum patientes, qui nunquam saturari possunt. *Serm. 4, Dom. 6, post Pentecost.*
68. Avarus dum omnia appetit, omnium servum se facit. *Prosec.*
69. Quare avari non possunt esse beati? quia nunquam possunt esse contenti. *Serm. 2 de Cathedrali S. Petri.*
70. O summa fatuitas avarorum! quærent vento et vanitatibus mundanis satiari, quia non attendunt quod nunquam satiari possunt: sed quanto plus acquirunt, tanta plura appetunt, et vacuos se esse magis inveniunt. *Serm. 55, Petri et Pauli.*
71. Quæ est hæc tanta avaritia, quæ Christianos invasit, ut eis non seminare sufficiat, non colligere, nisi insuper usuris variis, et merationibus infinitis, quibuscunque peccatis congregent peritura? *Serm. 1, de Plurib. Confess.*
72. Avarus quot habet possessiones, tot habet tumulos, in quibus sepelit seipsum per continuam sollicitudinem. *Prosec.*
73. Quidquid enim fodit, ponit supra se, quia de omnibus facit Deum. *Titul. 1, Diatas*, cap. 6.
74. Divitiæ non sunt avarorum, sed avari sunt divitiarum. *Ibid.*
75. Avarus miser est, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. *Prosec.*
76. Miser est, quia divitiis cum labore acquirit; miserabilis, quia cum timore custodit; pauper, quia cum dolore perdit; cæcus, quia respicit; nudus, quia nullum aliud nihil aliud bonum facit. *Ibid.*
77. Avarus Deum contemnit, quia plus diligit nummum, vel obolum, quam Deum. *Ibid.*
78. Avarus semper est solitarius, quia nunquam vult socium in pecunia. *Ibid.*
79. Avaritia facit hominem nudum, servum, stultum, abominabilem, insatiabilem, solitarium, oblitiosum propriæ salutis, angustiosum et tempestuosum. *Ibid.*
80. Cor avari est quasi fovea sine fundo, quæ plus recipit, plus deglutit, ut nunquam videatur impleta. *Lib. 2, de Profectu Religios.* cap. 48.

BOETIUS.

S. BONAVENT.

S. ASTERIUS.

S. BASILIUS
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

81. Hoc est efficacissimum contra avaritiam remedium, quæ, sicut ignis insaturabilis, nunquam diet, Sufficit; non extinguitur melius, nisi cum materia temporalis substantiæ penitus subtrahatur. *Ibid.*

S. CESARIUS ABETALENSIS. 82. Nihil habere interdum, res necessitas est; nihil per avaritiam cupere virtutis. Hom. 27.

S. CLEM. PAP. 83. Avaritia homines occasione presentis lucri ab æternis separat bonis. Epist. 1.

S. CYPRIANUS. 84. Minus avaritiæ molestias patitur, qui divitias non videt. *De singulari. Cleric.*, cap. 3.

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS. 85. Ubi est paupertas cum lætitia, ibi nec cupiditas, nec avaritia. *Opusc. in Exhort. ad Fratres*, cap. 26.

GLOSSA ORD. 86. Avaritia sagax est, et versuta, multosque sibi subjugat. Sup. *Genes.* cap. 14.

87. Avarus cum multa congeserit, aretatur, et anxiat, qualiter acquisita custodiat. Sup. *Job*, cap. 20.

88. Avaritiam latentem parvulæ rei cupido signat. Sup. *Ezech.*, cap. 8.

89. Avarus multas habet opes, et nullas; quia inutilis sunt. Sup. *Math.*, cap. 13.

S. GREGOR. MAGN. 90. Avaritia captivam animam, dum quasi delectat, exulcerat. *Prosec.*

91. Dum adipiscenda quæque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit, et dolorem in vulnere non facit; quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. In *Pastor.* part. 1, cap. 11.

92. Avare per superbiam, atque inanem gloriam proximos juxta se despiciunt; et superiora, quæ ultra ipsos sunt, nullatenus apprehendunt. Lib. 14. *Moral.*, cap. 26.

93. Avaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. *Prosec.*

94. Nam more ignis cum ligna quæ consumat accipit, accrescit; et unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari. *Ibid.* lib. 15, cap. 12. sup. illud, *Job* 20: *Nec est salutatæ venter ejus.*

95. Avaritia ex copia non extinguitur, sed augetur; et ea quæ avaris Deus ad tempus habere permittit postmodum subtrahit; ut jam ultio incipiat a vivis, quæ perficietur in mortuis. *Ibid.*, cap. 13.

S. GREG. NYSS. 96. Crudelis domina est avaritia, nullam enim unquam requiem servientibus ei præbere solet; sed quanto plura diet ac noctis laboribus et cruciatibus imperio domine querant, cupiditatemque explere conantur, tanto magis anguntur, quasi nihil fecerint, magisque inanes ac famelicentes reperiuntur. *De vita Moys.*

97. Avaritia semper accipit, nunquam impletur; veluti multiceps quædam fera oribus inumeris inexplibili ventri cibum transmittens, cui

nulla unquam lucrandi satietas existit; sed id quod semper accipitur, materies atque incitamentum plus habendi cupiditatis fit. Orat. 5. *de Bealitud.*

98. Studemus avaritiæ, vivimus quasi altera die morituri; ædificamus. quasi semper in hoc seculo victuri. *Prosec.*

99. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, et nudus atque esuriens aulo fores nostras Christus in paupere moritur. Ep. 12. *ad Gaudent.*

100. Avaritiæ tibi vitandum malum, non ut aliena non appetas, sed quo tua, quæ sunt aliena, non serves. Epist. 22. *ad Eustoch.*

101. Avaritia nullis expletur opibus; et quanto amplius habuerit, plus requirit, et neque copia, neque inopia minuitur. Epist. 27. *ad Eustoch.*

102. Multis nomen pauperum, occasione avaritiæ est. Ep. 31. *de Vita S. Hilartonis Eremitæ.*

103. Qui per avaritiæ nequitiam in hac vita multiplicare appetunt, in futuro ab æterno patrimonio exheredes fiunt. Lib. 1, sup. *Prov.* cap. 20, in illud, *Hæreditas ad quam festinatur.*

104. Avarus nunquam opibus expletur; et quanto plus habuerit, tanto plus cupit. Sup. *Ecclesiasten*, c. 5, in illud, *Qui diligit argentum, etc.*

105. Semper avarus eget, ejus avaritia neque inopia, neque copia minuitur. *Ibid.*

106. Avarus aurum Deum habet. Sup. *Psalms* LXXX, vers. 8. *Non erit in te Deus recess.*

107. Avarus hilariter dare non novit: in scientia autem avarus est, qui sensum non vult implere, quem cepit. Sup. Epist. II *ad Cor.* cap. 9, in illud, *Hilarem datorem diligit Deus.*

108. Avarus cariturus semetipso, carere timet pecunia. Sup. *Psalms* CXXV.

109. Avarus quanto citius ad desiderium pervenit, tanto citius ad tormentum rapitur. Sup. *Job*, cap. 20.

110. Sanguisugæ duæ sunt filiae, avaritia et luxuria, dicentes Affer, Affer. *Pros.*

111. Prima filia semper clamat, Affer aurum et argentum, et possessiones quibus impleri animam est impossibile, sed arcem vel bursam; et ideo semper vacua est anima avari.

112. Prima filia sanguisugæ spoliat omnes, sed spoliatur ipsa a secunda filia; quia quidquid avaritia colligit luxuria dispergit. Sup. *Prov.* cap. 30.

113. Avarus non potest impleri pecunia octo de causis: Prima, quia pecunia finita est, et venter sive saccus avaritiæ, infinitus.

Secunda, quia pecunia vanitas est, quæ nihil replet.

Tertia, quia pars pecuniæ edit in ventrem avari, quem impleri impossibile est.

Quarta, quia cupiditas ignis est, pecuniæ vero sunt ligna; et ideo crescente pecunia, crescit, et cupiditas.

Quinta, quia quælibet pars divitiarum secum affert aliquid vacui, id est, paupertatis et defectus.

Sexta, quia pecunia non est impletiva hujus loci, id est, cordis humani.

Septima, quia nullum corpus simul et semel potest replere duo loca diversa; scilicet mentem avari et bursam ejus.

Octava, quia fames avaritiæ in corde est, cuius cibis est pecunia, quæ non in corde, sed in arca mittitur. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 5, in illud; *Avarus non impletur pecunia.*

114. Horrea et cellaria, et stabula, et grangia, et arce, et scrinia, sunt ventres avarorum; et crescente pecunia, crescit, et venter avari. *Ibid.*

115. Fames avari non extinguitur, sicut si quis cibum, quem venter esurit, non in ventrem, sed in cophinum mitteret, nunquam famem ventris sedaret. *Prosec.*

116. Et ideo omnis avarus stultissimus est, qui mittens pecuniam in bursam, mentem putat replere; sicut mittens cibum in cophinum, ventrem æstimat satiare. *Ibid.*

117. Cor avari, quasi saccus pertusus est, et quidquid in eo mittitur, cadit in terram, et ideo non impletur. *Ibid.*

118. Avari pleni sunt loculis, sed vacui charitate. Sup. *Ecclesiasticum*, cap. 24.

119. Avaritia sceptrum est diaboli. Sup. *Isaiam*, cap. 9.

120. Avaritia glutinum est diaboli, quia per ipsam anima radicatur in peccato. Sup. *Ep. I. ad Timoth.*, cap. 6.

121. Tantalus sitiit in undis, et avarus eget in opibus; cui tantum est quod habet, quantum est quod non habet; quia nunquam utitur acquisitis, sed semper inhiat acquirendis. Lib. 2, *de Contemptu mundi*, cap. 11.

122. Avarus nec patientibus compatitur, nec miseris subvenit, nec egenis miseretur; sed offendit Deum, offendit seipsum, offendit proximum. *Pros.*

123. Nam Deo retinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna.

124. Deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis. *Ibid.*

125. Avarus ad petendum promptus est, ad dandum tardus, ad negandum frontosus. *Prosec.*

126. Si quid expendit, totum amittit, tristis, perverulus et morosus.

127. Sollicitus suspirat et anxiat, dubius habet, invitus expendit.

128. Magnificat datum, sed vilificat dandum; dat ut lucretur, sed non lucretur ut det; largus in alieno, sed parvus in proprio.

129. Gulam evacuat, ut arcam impleat; corpus extenuat, ut lucrum extendat.

130. Manum habet ad dandum collectam, sed ad recipiendum porrectam. *Ibid.*, cap. 13.

131. Ille, qui sese tyrannidi avaritiæ subjecerunt, nullum concupiscentiæ finem sciunt; sed quanto plura affluunt, tanto magis flamma crescit, et caminus ardet validius. Hom. 31, sup. *Genes.*

132. Detergendæ sunt sordes avaritiæ largis elemosynis, et illis peccata extinguentur. *Ibid.*

133. Excellentis et magnæ inhumanitatis est, scriniis et arcis includere superflua, et non illis sublevare proximorum inopiam, sed potius sinera rubigine et tineâ corrumpi. *Ibid.* Hom. 33.

134. Gravius est mentem avaritiæ mancipare, quam carcere coerceri. Hom. 21, sup. *Math.*

135. Avarus demoniacus est; quis enim ipsum ligare poterit? certe non timor, non quotidianæ minæ, non exhortationes, non consilia. *Pros.*

136. Omnia hæc vincula dirumpit, adjuratque omnes qui cum his vinculis eximere volunt, ne faciant; supplicium putans esse maximum, non vivere in supplicio. *Ibid.* Hom. 29.

137. Monstro ab oculis ignem emittente, os cavernæ instar habente, pro dentibus acutos enses gestante, multo truculentior est avarus, in omnes ut mors ihsilens, omnes ut inferus deglutiens, et communis generis hominum hostis existens. *Ibid.*

138. Quid molestius avaritia invenitur? Quot dolores, quæ magnæ curæ, quot rerum offensiones, quanta pericula, insidie, pugnae avaros quotidie aggrediuntur? *Ibid.* Hom. 39.

139. Si animum avari nudum absque corpore cogitatione perspexeris, pro dentibus acutos enses gestante, multo truculentior est avarus, in omnes ut mors ihsilens, omnes ut inferus deglutiens, et communis generis hominum hostis existens. *Ibid.* Hom. 48.

140. Avarus crudelis est, quia cum viderit pauperem, tanta sui ornatus cura detinetur, ut nec aspexisse quidem videatur; sed auro atque serico seipsum ornat, pauperem autem fame deperire sinit. *Ibid.* Hom. 50.

141. Avari omnes gravissimum Judæ morbo laborant. *Ibid.* Hom. 81.

142. Ubique avarus inutilis est, nec ad imperandum exercitui, nec ut prosit populo commodus; cur dico in rebus publicis, cum in privati etiam inutilis sit? *Ibid.*

143. Avarus communis omnium est hostis. *Ibid.*

S. HIERON.

S. HILAND.

HUGO CAR.

S. INNOC. III.

S. JOANNE

CHRYSO.

143. Avarus fertilitatem temporum moleste fert, et communis felicitate contrahitur, omnemque fastidit causam, unde argentum colligere non potest. *Ibid.*
143. Avarus cuncta suffert, unde duos solummodo oholos capere possit: omnes homines tam pauperes, quam divites odio prosequitur; pauperes, ne quid ab eo petant; divites, quia quæ illorum sunt non possidet. *Ibid.*
146. Avarus quid plenum sit, nescit; saturitatem ignorat, omnium denique ita miserimus est, quemadmodum expers avaritia, et opposita virtuti deditus, omnium est beatissimus. Homil. 30, sup. *Matth.*
147. Talis res est avaritia, ut amentes, stolidos, impudentes, canes pro hominibus; imo vero et canibus peiores, et demones a canibus faciat. *Ibid.* Hom. 82.
148. Avarus propriam salutem negligit, et de aliena incuriosus est. *Ibid.* Homil. 84.
149. Avaritia sic tetra et tyrannica passio est, ut omnes qui ei serviunt, crudeles efficiat atque atroces. *Ibid.*
150. Gravis morbus est avaritia, qui et oculos cæcat, aures obstruit, et fera sæviore homines reddit. *Prosec.*
151. Non conscientiam, non amicitiam, non propriam, animæ salutem cognoscere sinit; sed in servitute sibi, quos semel cepit, more sævissimi tyranni vendicat. Sup. *Joan.* Hom. 64.
152. Avaritia incurabilis morbus, et fera insuperabilis maxime efficitur; cum gratias sibi habendas servis suis persuadet, et quanto ei serviunt, magis letantur, et majori afficiuntur voluptate. *Ibid.*
153. Quemadmodum si quis in limpidum fontem stercus injiciat, totum immundum reddit: ita si divitias avaritia attigerit; omnes factore suo corrumpit. *Ibid.* Hom. 72.
154. 155. Nihil gravius ac durius est, quam omnibus esse detestabilem, vicissimque omnes odisperpetuo consortio delectari, nunquam saturari perpetuo sitire: hæc omnia, hisque etiam plura sustinent avari. Sup. *Ep. ad Rom.* ser. 43. Vide etiam *Judas*, sent. 10, *Sacrilegium*, sent. 22.
156. Avari incredibilibus pleni sunt immanitatis, pleni in conversos odii; neque in illis celestis regni amor est, neque gehennæ metus, nullus hominum pudor, nulla misericordia, nulla humanitas; sed impudentia, temeritas, futurorum omnium contemptus. Homil. 9, sup. *Epist. 1 ad Cor.*
157. Avarus libentius carnem suam traderet, quam aurum. *Ibid.* Hom. 14, in *Moral.*
158. Avarus nunquam finem suæ imponit cupiditati. *Ibid.* in *Moral.*
159. Nihil potest quippiam avaro gravius esse cupiditate; quia quod habet, non videtur habere; et tanquam non habeat torquetur. *Pros.*
160. Siquidem quanto plura congerit, tanto plura desiderat; et qui plura desiderat, is pauperior est. *Ibid.*
161. Avari gehenna, desiderium est. *Ibid.*
162. Si pauper avarus est, is gravis insolens, et simulator est, timoris et multi supplicii plenus. *Ibid.*
163. Avaritia fermentum vetus est, et quocumque incidit, et in quamcumque domum ingreditur, eam immundam reddit. *Ibid.* Hom. 15, in *Moral.*
164. Nihil corruptibilius avaritia, quamvis clavam arca suæ avarus imponat, quamvis ostium, quamvis velleum, omnia frustra contendit; si avaritiam intus latronem gravissimum, et quæ omnia auferre potest incluserit. *Ibid.*
165. Avarorum mos est, re amata non potiri; habent enim ne fruantur, non ut fruantur. *Ibid.* Homil. 22.
166. Nihil ita bellorum causa est, sicut avaritia; nihil tam pauperem facit, sive in divitiis sis, sive in paupertate. *Ibid.* Homil. 23.
167. Abundantia facultatum non gaudet avarus; sed ob hoc ipsum dolet, quia possidet immensa. *Ibid.* Hom. 39.
168. Avarus cum avaro nunquam pacificus erit; quia non aliter quam duæ bestiae sunt vehementer famelicæ; quæ nisi essent separate, seipsas consumerent. Sup. *Ep. ad Ephes.* serm. 9.
169. Avaritia corruptio est et corruptio omnium pessima; fructus transit, sed incorruptibile peccatum manet. *Ibid.* Homil. 24.
170. Avarus fur est et latro; illo etiam tanto peior, quanto violentior. Sup. *Epist. 1 ad Thessal.* Hom. 40.
171. Pestis est avari inexplebilis appetitus. Sup. *Epist. 11 ad Timoth.* Hom. 7.
172. Nihil tam ingratum sicut avarus. *Ibid.*
173. Hinc crudelitas, hinc immanitas surgit, cum quis avarus, cupidus sui que amator, ingratus, lascivusque fuerit. *Ibid.* Hom. 8.
174. Nihil avaritia foedius, nihil immundius, nihil inestabilius. Sup. *Ep. ad Titum.* Hom. 3, in *Moral.*
175. Avari, quanto plus suppetit, tanto pluribus egent; ut qui plurimum faciunt lucri, iidem sint maxime destituti. Sup. *Epist. 1 ad Cor.* Hom. 40.
176. Avarus multa cupiditate ebrius, neque auditu percipit aliquid, quod illi prodesse possit. Sup. *Ep. ad Hebræos.* Homil. 15.
177. Pauper est avarus dives; et quanto ditior

- est, tanto pauperior existit, paupertate quæ revera paupertas est. *Ibid.* Hom. 25.
5. ISIDORUS. 178. Omni peccato peior est avaritia, et amor
HISPALENSIS. pecuniarum. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 41.
- LACT. FIRM. 179. Avaritia frangitur, cum habemus quod
satis est. In *Epitome divinar. Instit.* verbo *Cohibenda*.
8. LEO 1. 180. Divites avari egentiores sunt omnibus
egenis. Ser. 5, de *Collectis*.
181. Nullum est in illo cordæ justitiæ vestigium, in quo sibi avaritia fecit habitaculum. Ser. 19, de *Passione Domini*.
182. Avaritia liberalitate depellitur. Ser. 5, de *Jejunio septimi mensis*.
5. MAXIMUS 183. Avaritia cæcitas est, errorem Religionis
EPISC. inducit; cæca est, quia diversis fraudum etsi ocu-
lata ingenis, non videt quæ divinitatis sunt, sed
cogitat quæ cupiditatis sunt. Hom. 2, de *Avarit.*
184. Semper avarus alieno utitur, alieno se
pascit damno. *Pros.*
185. Est illi præda egestas alterius, est illi læ-
titia fletus alienus. *Ibid.*
8. NILUS. 186. Va avaro; divitiæ enim fugiunt, et exci-
pit eum ignis. *Parænes.* 219.
187. Avarus ille habendus est, non qui omni-
no pecunias habet, sed qui eas amat, atque ad-
pisci cupit. *Orat.* 3, de *Avarit.*
188. Avarus in coelum contendens, huic simi-
lis est, qui pedibus suis vinculo constrictis cur-
re conatur. *Ibid.*
- ORIEN. 189. Avaritia non solum ebrium, sed et rabi-
dum hominem reddit. Hom. 7, in *Levit.*
190. In avaritiam lapsus efficitur, cum homi-
nes parum pecunie desiderant; angustante vilio,
cupiditas inerescit. Lib. 3, *Patriarchon*, cap. 2.
9. PAULINUS. 191. Facile serpit cancer avaritiæ in præcordia
multis misericordias munita visceribus. *Ep. de Co-
zophylacio*.
- PETRUS BLES. 192. Vir imponet avaritiæ finem, vitæ finis.
Epist. 144, ad *Gualterum Rhotomag. archiepiscop.*
193. Avaritia sanguisuga, tibi sugere desinit,
mori incipit. *Ibid.* Ser. 43.
194. Avaritia nihil satis est; avari enim ani-
mus dum ingessit id quod non habet, modicum
putat quicquid habet. *Ibid.*
5. PETRUS 195. Invidus avarus est, quando quicquid ha-
CENSUOLOG. bet alter, se computat perdidisse. Ser. 4, de *Prodigo*.
196. Qui vult avaritiam vincere, divitiis pro-
roget, non reponat. Ser. 7.
197. Auri custos, servator argenti securitatem
non habet, nescit quietem; et cui deest securitas,
quies perit; pœna dives est ille, non censu. *Ibid.*
Ser. 22.
198. Miserum, quem divitiæ fecere mendicum!
Ibid. Ser. 104.
199. Avarus ingratus est Deo, sibi nequam,
hostis pauperum, divitum nota, carcer naturæ.
Ibid.
200. Aurum avaritia non est; sed avaritiam
non cognovi, nisi per aurum. *Ibid.* Ser. 116.
201. Avaritia radix est omnium malorum, quæ
cum radicari ceperit in corde, morum dissipat
ornamenta. *Ibid.* Ser. 162.
202. Tremat manus avari, cum tribuit. *Opusc.*
9, cap. 1.
203. Nunc avaritia uberius pullulat, et tan-
quam virosæ propaginis ramos per totum orbem,
feralium vitiorum portenta dilatat. *Ibid.* *Opusc.*
12, cap. 29.
204. Quomodo tu Christum collis, qui idolu-
m in pecunia veneras? *Ibid.* *Opusc.* 24,
cap. 4.
205. Ipse ab ea quam possidet pecunia pos-
sidetur; qui in ea cor figere, eique pervigili
deservire custodia (avaritia dominante) compelli-
tur. *Ibid.*
206. Nulla putredo vulneris in Dei naribus in-
tolerabilis foret, quam stercus avaritiæ. *Ibid.*
Opusc. 31, cap. 2.
207. Sicut ignem ligna non satiant, sic æstum
avaritiæ pecunia cumulata non sedat. *Prosec.*
208. Sicut flamma fomentis extollitur, ita ava-
ritia dum luca cumulantur, augetur. *Ibid.*
209. Dura certe, et nimis formidolosa senten-
tia! si enim nihil est avaro scelestus, nihil ini-
quius; non ergo melior parricidis, non præfertur
incestis, æquatur hæreticis, assimilatur idolola-
tris. *Prosec.*
210. Sit quilibet castus, sit sobrius, sit indi-
gentibus alendis intentus, hospitalitati deditus,
jejunet, vigilet, diem nocti pascendo continet,
si tamen avarus est, totum perdit.
211. Quid proderit non occidere? non mo-
chari? non rapere? non denique perjurare? im-
munenque te prorsus a cunctis criminibus cus-
todire: dummodo si a te avaritia non expel-
latur, nihil te nequius, nihil scelestius reperitur.
Ibid.
212. Eat avarus, parietes Ecclesie construat,
studio predicationis insistat, discedentes in pace
confederet, titubantes in catholica fidei veritate
confirmet, offerendis quotidie sacrificiis sit inten-
tus, a negotiis secularibus sit remotus; donec
tamen in eo ardor avaritiæ non extinguatur, om-
nis flos virtutum ejus exuritur, et nullus eo cri-
minosior invenitur. *Ibid.*, cap. 3.
213. Avarum esse, nihil est aliud quam amare
pecuniam; amat enim acquisita pecunia, ama-
tur nihilominus acquirenda. *Ibid.*
214. Avaritia quasi biceps est coluber, utroque

